

Aduertencias para

quantum fieri potest. Verbi gratia. Est dubium.
An facultas omnimoda concessa ab Adriano
ipsis Religiosis tantam, quantum iudicauerint
expedientem et opportunam ad conuersio-
neni, et manuteneantiam Indorum, et aliorum
qui concomitantur ad opus conuersionis, an
se extendat ad hoc, ut in Bigamia possit fieri
dispensatio cum illo qui multum iuuaret ad
opus conuersionis, vel cum illo qui sibi viri-
lia amputauit? Quidam dicunt, quod non se ex-
tendat, eo quod Papa cum his non solet dispensare.
sed tamen amplior pars est, quod se extendat ta-
lis omnimoda potestas, quia potest esse, quod ex-
pediat et sic opportuni cum tali persona dis-
pensare virtute huius concessionis. Quia Pa-
pa dat, ut debeat privilegia in partem amplio-
rem interpretari, ut extendantur quantum fie-
ri potest, et sic in aliis similibus casibus. Quia
propter consideranda venit particula, ut intel-
ligatur Pontificis intentio et privilegia exi-
stimentur esse fauores, non quomodo cunque
sed amplissimi, et ut tales vult ampliari et non
restringi et coarctari. ¶ Ex istis etiam est
manifestum quod si aliquis dubitet. An in ista
Noua Hispania [vbi iam fere omnes incolae
conuersi sunt ad Christum Dominum] priuilegia